Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5113
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Ordo in disciplinis

do in disciplinis attendit secundum naturam libri, secundum personam auctoris, vel secundum materiam. In materia secundum dispositionem que duplex est, naturalis videlicet qui res eo refert ordine quo gesta est, et artificialis, i. qui id quod postea gestum est prius narrat et quod prius posterius. Dispositio in expositione quidem ordo secundum inquisitionem. Expositio tamen quinque

Expositio

litteram sensum sententiam. Littera est congrua ordinatio dictionum quod erit ex structura verborum. Sensus est facilis quedam et apta significatio quam litta prima fronte profert. Sententia est profundior intelligentia quam nisi expositione vel interpretatione non queunt. In hiis ordo est ut primum littera, deinde sensus, deinde sententia inquirat. Cuius facto perfecta est exposicio.

De ingressu modo legendi

Ordinis legendi in diuidendo quisque ordo a principio incipit affinis et adminicula usque progredit. Omne autem finitum magis notum est, et sicut comprehensibile. Doctrina autem magis abstrusa quam nota sicut incipit, et per eam notitiam ad sciam eorum quam latent perquirit. Preterea res investigamus ad quas oportet diuidere quam ab omnium salutem ad particularia descendimus diuidendo et singulorum naturas investigando. Omne namque omnium sale magis est determinatum suis particularibus